



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

99 Vniversalem nullum sinit ista vocari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

solatus tuum studium, ac votum suum circa salutem, atque Imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostrae satis placitum esse cognosce, quod sanctissima tua de ecclesiis, aut populi perturbatione sollicita est. Quae, ne aliqua ratione possit venire, satis clementia nostra credidit esse provisum. Denique beatitudine tua praevidente, id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut si quid forte religioni tuae (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Ac si a duo, ut supra. Et infra. ¶ Unde id observandum est, ut omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex serenitatis nostrae admonitione custodiant, nec aliquid seditiosae conspirationibus tentare conentur: cum certum sit, nulli partium sua studia profutura.

2 pars. Sine signatu apicibus non est mos Romanae ecclesiae indecens, legationem suscipere.

1. ¶ Suscipere. Invidiosus sequatur, neque mittere: quia absint à veniens, neque conveniunt cum his, qui sequenti capite afferuntur.

C. III. ¶ Romana non consuevit ecclesia sine signatu apicibus legationem indecens, suscipere. Unde Nicolaus Papa.

Obilissimus vir acque strenuus vestre sublimitatis legatus, licet nullam epistolam juxta consuetudinem à vobis nostro Pontificio detulisset, licet nunquam Apostolica sedis modus b fuerit, absque signatis apicibus undecunque legationem suscipere: Nos tamen vos in illo honorantes ejusque gravitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones, nihilominus eum, & sicut decuit, suscepimus, & ei, sicut honestum fuit, credidimus.

DISTINCTIO XCVIII.

QVae circa ordinandos sunt observanda, quae in eorum electione diligenter sunt consideranda, multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas rei nonnunquam obscuratur mutatione provinciae, decretum est sacris canonibus, ut peregrini, nisi quinque vel eo amplius suorum Episcoporum fuerint commendati chirographis, non ordinentur.

C. I. ¶ Nisi quinque Episcoporum literis designatum transmarinum hominem ad clericatum nullus suscipiat.

Unde Sylvester Papa generali concilio e praesidem dixit.

Nihilus à aliqua ratione transmarinum hominem penes vos e in clericatus gradus suscipiat, nisi quinque (aut se eo amplius) Episcoporum designatus sit chirographis.

C. II. ¶ De eodem. Item Ambrosius I. ubi in Roma Episcopus ad omnes Germaniae, ac Burgundiae Episcopos, epist. 1. cap. 2.

Transmarinos & homines in clericatus honorem h nem suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius Episcoporum chirographis sint designati: quia multa per subreptionem solent evenire.

C. III. ¶ De eodem. Item Gregorius Romano ecclesiae praesul Squillatino Episcopo, lib. 2. epist. 21.

Aeros e passim, vel incognitos peregrinos, ad eccle-

a Distinct. 79. si duo. b al. maris. c in sin. epist. 1. concilii Romani sub Sylvestro, sed paulo aliter. d Polyc. lib. 2. tit. 31. Augustin. lib. 7. cap. 23. e al. no. f aliter ab originali & aliquibus Gratia. codicibus. g Polyc. ibid. Anst. 17. cap. 24. h al. honore nullo suscipere. i orig. j Polyc. ibid. Anst. 17. cap. 25. Ivo p. 6. cap. 11.

siasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias: quia Afris quidem aliqui Manichaei, aliqui rebaptizati, peregrini verò plurimi etiam in minoribus ordinibus constituti, fortiores e de se praetendisse honores saepe probati sunt.

1. ¶ Fortiores. Sic legitur in versibus Gratiani & B. Gregorii codicibus: verum in Frubeniana, ac Lugdunensi ejusdem B. Gregorii operum editione, ad fortiores praetendisse honores.

C. IV. ¶ Non sunt promovendi ad clericum, qui peregrini fuerint baptizati.

Item ex concilio Eliberitano, cap. 24.

Omnes \*, qui peregrini fuerint baptizati, eod quod eorum minime sit cognita vita, placuit ad clericum non esse promovendos in alienis provinciis.

DISTINCTIO XCIX.

DE Primatibus autem (quorum supra mentionem fecimus) quaritur, quomodo gradum in Ecclesia obtineant, an in aliquo à Patriarchis differant, quam obedientiam Archiepiscopi eis debeant. Primates, & Patriarcha diversorum sunt nominum, sed ejusdem officii. Ab Archiepiscopo autem, quatenus necesse fuerit, Episcopi ad Primates appellantur: sed à Primatibus ad Archiepiscopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam Primatibus Archiepiscopi: in omnibus, quae sibi ab eo iuste fuerint imperata.

C. I. ¶ Quae obedientia sit exhibenda Primatibus, & Patriarchis. Unde Anastasius Papa ait ad Episcopos Italiam, epist. 2.

PROvincia b multo ante Christi adventum tempore divisa fuit maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & B. Clemente praedecessore nostro ipsa divisa est renovata. Et in capite provinciarum (ubi datum Primates legis e saeculi erant, ac prima judiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permillum non erat, confugiebant pro oppressione, vel iniustitiis suis, ipsosque appellabant, quoniam opus erat, sicut in lege eorum praecipitum erat: i) ipsi quoque in civitatibus, vel locis nostris d Patriarchas, vel Primates, qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina, leges divinae & ecclesiasticae ponit, & esse iusserunt, ad quos Episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent: & ipsi Primatum nomine fruerentur, & non alii. Reliquae verò metropolitanae civitates, quae minores iudices habebant (licet majores e comitibus essent) haberent metropolitanos suos, qui praedictis iuste obedirent Primatibus, sicut & in legibus saeculi olim ordinatum erat: qui non Primatum, sed aut metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruerentur.

Hoc caput integrum repetitur à Gregorio VII. lib. 6. reg. epist. 31. Rothomagensi, Taronensi, ac Senonensi Archiepiscopo scripta, ex qua, & originali nomina sunt restituta.

C. II. ¶ Non vocentur Primates, nisi qui primas sedes tenent.

Item Amicetus ad Episcopos Galliae.

¶ XVIII s Archiepiscopi Primates vocentur, nisi illi qui primas tenent civitates, & quarum Episcopos Apostoli, & successores Apostolorum regulariter Patriarchas, & Primates esse constituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui necesse sit propter multitudinem eorum b Primates constitui. Reliqui verò, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non Primates, sed metropolitani nominentur.

\* Ivo p. 6. cap. 12. a al. imperatione. B Ivo p. 1. c. 11. Pann. l. 2. cap. 24. c al. leges. d al. nostris. e al. maiorem comitum. f Polyc. lib. 1. tit. 21. Ivo p. 3. c. 19. Palmer. lib. 2. c. 21. g al. sedes. h al. Episcoporum.

C. III. § Prima sedis Episcopus non appelletur principi sacerdotum, vel summus sacerdos.

Item ex concilio Africano, cap. 6.

Primus a sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primus sedis Episcopus.

3 pars. Universalis autem nec etiam Romanus Pontifex appellatur.

C. IV. § Nec etiam Romanus Pontifex universalis appellandus.

Unde Pelagius II. epist. omnibus Episcopis illi- citem a Constantinop. convocatis, etc.

Nillus b. Patriarcharum universalitatis e. vocabulo unquam utatur: quia si unus d. Patriarcha universalis dicitur, Patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc, absit a fidelis cuiusquam mente, hoc sibi vel velle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulaeque parte videatur. Quapropter charitas vestra neminem unquam suis in epistolis universalem nominet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem defert indebitum.

C. V. § De eodem.

Item Gregorius Eulogio Patriarchae Alexandrino, lib. 7. epist. 30. in d. l. i.

Ecce e. in praefatione epistola, quam ad meipsum qui prohibui, direxistis, superba appellacionis verbum, universalem me Papam dicentes, imprimere curastis. Quod peto, dulcissima mihi sanctitas vestra ultra non faciat: quia vobis subtrahitur, quod alteri plus, quam ratio exigit, praeberetur. Ego enim non verbis quae prosperari, sed moribus, nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus honor est, fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim universalem me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur universalem. Sed absit hoc. Recedant verba, quae vanitatem inflant, & charitatem vulnerant.

Apud B. Gregorium hoc sequuntur. Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo, atque post a subsequentibus patribus hoc praedecessoribus meis oblatum vestra sanctitas novit. Sed tamen nullus eorum uti hoc unquam vocabulo voluit, ut dum in hoc mundo honorem sacerdotum diligenter omnium, apud omnipotentem Deum, custodirent suum. Quam rem etiam plenus exponit, lib. 4. epist. 22. Refert autem B. Thomas in episcopo contra errores Graecorum, totam illam synodum sancto Leoni sic acclamasse, Leo sanctissimus Apostolicus & Oecumenicus, id est, universalis Patriarcha per multos annos vivat. Et Leo IX. Michaeli Constantino- politano Archiepiscopo de hac eadem appellacione scribens ait, Licet magno Leoni praedecessori nostro, & successoribus ipsius hoc sancta decrevit Chalcedonensis synodus. Sed in multis quoque libellis, qui actione tercia ejusdem synodi habentur, haec est inscriptio, Sanctissimo ac beatissimo universali Patriarchae magno Romae Leoni. Et in codicibus multarum epistolarum, ad Romanos Pontifices, quae manuscriptae in Vaticana bibliotheca servantur (quarum multa exempla sunt penes praesentem), ad Hormisdam Papam pliusquam trecenti Archiepiscopi ac monachi secunda Syria sic scribunt, Sanctissimo ac beatissimo orbis terrae Patriarchae Hormisdæ, continenti sedem principis Apostolorum Petri, deprecatio & supplicatio ninimorum Archiepiscoporum, & cetero-

a Ex Carthag. 3. cap. 29. Polyb. lib. 2. tit. 26. Burchard. lib. 1. cap. 3. lvo part. 3. cap. 57. b Polycarp. lib. 2. tit. 25. Anselm. lib. 6. c. 136. c. al. hoo tunc profano vocabulo. d. orig. d. al. summus. e. orig. Ioan. Diac. lib. 3. cap. ultim. f. Polycarp. lib. 2. tit. 26. Ansel. lib. 6. cap. 131.

rum monachorum secunde Syriae. Et in media forma sola. Quoniam Christus Deus noster principem patrum, & doctorem & medicum animarum confititur nostrum sanctum Angelum, dignum est passionem, quae nobis contigerunt, exponere, etc. Anselmus quoque contra Episcopos ad eundem Hormisdam sic scribit: Dum religio statui, & plenis catholicae fidei regulis percipiatis venire, ut gregem per tota vobis universali. Ecce membra committum, pervigil cura me ad horationem format. Et Ioannes Episcopus Nicopolitanus ad eundem. Deo ter ad vestras orationes concuro, ut iuxta consuetudinem Apostolicae sedis vestre cunctarum ecclesiarum, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundam antiquam speciem dispositionem vestram. Et in viario Liberati, cap. 22: Episcopus patere hoc Imperatori de vero Papa, ait, multos esse in hoc mundo reges, & esse unum, sicut ille Papa est super ecclesiam mundatius. Et Regino Germanus lib. 11. Chronicon non de Nicolao loquens, sepe illum vocat universalem Pontificem. Sed ista illius, quae nescit, a Apostolica sedis Patriarcha Constantinop. exponit his verbis. Dicitur enim universalis ecclesia, de universis constat ecclesiis, quae Graeco sermone catholica nominatur, & secundum hanc acceptionem vocabuli, ecclesia Romana non est universalis ecclesia, pars universalis ecclesiae, prima videlicet, & praecipua veluti caput in corpore, quoniam in ea plenitudo testatis existit, ad ceteras autem pars aliqua plenitudo derivatur. Et dicitur universalis ecclesia illa, quae sub se continet ecclesias universales. Et secundum hanc nominis rationem Romana tantum ecclesia universalis nuncupatur, quoniam ipsa sola singulari privilegio dignitatis ceteris est prelata, sicut & Deus universalis Dominus appellatur (non quasi jam divinis species aut specialissimas, aut etiam subalternas) quoniam omnia sub eius Dominio continentur. Etenim una generalis ecclesia, de qua veritas inquit ad Petrum [Tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo ecclesiam meam.]

DISTINCTIO C.

Episcopo autem ordinare ante pallium acceptum Archiepiscopo, nec primati, nec Patriarchae licet, ex auctoritate Pelagii Papa (licet minus videtur datur intelligi).

C. I. § Intra tres menses fidem suam exponere, pallium postulare a Romana ecclesia, quaeque metropolitana studeat.

Ait enim Pelagius Papa.

Quoniam b quidam metropolitanorum fidem a postolicae exponere detrahentes, usum pallii neque petunt, neque percipiunt, ac per hoc Episcoporum consecratio viduaris ecclesiis non sine periculo praeterita placuit, ut quisquis metropolitanus ultra tres menses consecrationis suae, ad fidem suam exponendam, pro- umque suscipiendum, ad Apostolicam sedem non m- rit, commissa sibi caret dignitate, sique metropoli- nis alius licentia, post secundam & tertiam commun- tionem, viduatis ecclesiis cum consilio Romani Pon- fice, ordinando Episcopos, subvenit. Si a vero con- sectandi Episcopi negligentia provenerit, ut ultra tri- menses ecclesia viduata consistat, communione privetur, quousque, aut loco cedat, aut se consecrandu ostendat.

a Matth. 16. b Polyb. lib. 2. tit. 26. Burchard. lib. 1. cap. 3. cap. 91. lvo part. 5. c. 136. Pann. l. 3. c. 11. c. al. Episcopo. d. Innocent. III. lib. 1. epist. 17. e. al. praebere.

